

Rectius igitur facit episcopus cum ipsemet aperit librum euangeliorum. licet et christus per ministros suos patefecerit misteria scripturarum. Libro vero aperto illum osculatur a parte sinistra ad significandum quod predicatorum conciliauerunt et obtulerunt gentes christo qui bus ipse per se non predicauit. licet et ipse per se pacem in euangelio predicauerit dicens. Pacem meam do vobis. etcetera. quia vero ipse et am in cruce pendens pacem fecit. ideo mox transiurus ad dextrum cornu altaris signat se signo crucis. quia ut ait apostolus ad ephesios. christus pax nostra veraque fecit vnum. duos et diuersos parietes id est populos copulans.

Post hoc cotex euangelij sup altare clausus ponitur quod quantum ad hoc significat iherusalem. put sub euangelio dicitur. Deinde romanus pontifex et etiam alij quidam conuersus osculatur diaconus. ut ostendat pacem illam in aduentu christi venisse quam prophete promiserant. Unde dauid. Orietur in diebus eius iusticia. et habundantia pacis donec auferatur luna. Et alius propheta Pax erit in terra nostra cum venerit. Et ideo christo nascete vox in tonitruo angelorum. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Osculum enim quandoque pacem significat. prout dicitur sub titulo de osculo pacis.

Dyaconus vero statim se inclinans osculatur pectus eius designans quod inspiratione diuina prophete pacem predixere futuram. Nam et iohannes super pectus domini recumbens euangelij fluentia. de ipso sacro domini pectoris fonte potauit. In nonnullis vero ecclesijs episcopus primum osculatur ministros. postea altare deinde euangelium. quomodo christus primum reconciliauit sibi apostolos. postea iudeos deinde gentes. In quibusdam etiam locis offert osculum pacis cantoribus quasi retrorsum implens illud. Pacem meam do vobis. pacem meam. r. vobis. Dat quidem presentibus. relinquit absentibus nec ante osculum pacis cantores dicunt gloria patri. quia fides trinitatis non ante claruit. quod se dominus inclinauit et nos reconciliauit. et trinitatem per apostolos predicari mandauit. Et ideo osculo dato episcopus inuicem eis ut dicant Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper. etc. Ecce quod cantores annunciat. scilicet quod corda patrum conuertantur in filios. Abraham tres vidit et vnum adorauit. Sic oportet nos filios eius credere trinitatem in unitate. Post datam ergo pacem cantores dat sancte trinitati gloriam. quasi diceret. Referimus gloriam deo patri et filio et spiritui sancto. quia pacem quam prophetauit per sanctos suos prophetans. nobis in nouissimis temporibus dignatus est ostendere. Quamdo vero dicit. Sicut erat in principio. diaconi ab altare procedunt et iterum reuertuntur ad episcopum. In quo figurat quod ideo apostoli se mor-

ti et abiderunt ut christi corpore abunarentur. prius autem steterunt cum episcopo ante altare inclinati. Sed cum versus ipse incipitur se erigunt. quia chorus sanctorum martirum ante nouissimam tribulationem in conualle lacrimarum manent. Postea vero martirio coronati. et recti stabunt liberaei et securi ante dominum semper. Osculo autem dato rursus diaconi cum pontifice orant. quasi dicant. Domine doce nos orare. In quibusdam etiam ecclesijs diaconi bini et bini late a altaris a trinfecus siue alternatim osculantur. eo quod dominus apostolos binos misit ad predicandum. dicens eis. In quamcunqz domum intraueritis. dicite pax huic domui qui reuerfi sunt ad christum sic diacones reuertuntur ad episcopum.

De thurificatione.

Post datum osculum episcopus seu sacerdos accipiens de manu diaconi thuribulum sacrum incensat altare. quia christus corpus assumens de genere prophetarum factus ex semine dauid secundum carnem. siue orationibus fouet ecclesiam. sed et quod orat in euangelio pater sancte ego pro eis rogo. et non pro eis tantum sed et pro illis qui credituri sunt per verbum eius. Quod autem diaconus postea thuribulum accipit ut incenset episcopum vel sacerdotem moraliter instruit. quod si digne volumus incensum orationis offerre thuribulum incarnationis debemus tenere. Nam sine fide mediatoris homines deo placere non possunt. si iuxta verbum promissionis ipsius. Si quid peccerit in oratione credentes accipient. Per thuribulum enim verbum accipitur incarnatum. nam sicut in thuribulo pars superior est inferior tribus catenulis unitur ita in christo tres sunt uniones quibus diuinitas et humanitas ununtur unio carnis ad animam. unio diuinitatis ad carnem. et unio diuinitatis ad animam. Quidam enim quartam unionem assignat videlicet diuinitatis ad compositum simul ex anima et carne. Unde et quedam thuribula quatuor catenulas habent. De hoc autem thuribulo moyses inquit specialiter. ad aaron. Tolle thuribulum et hausto igne de altari mitte incensum desuper. Est et alia in thuribulo consideratio. prout in titulo de accessu pontificis ad altare tactum est. Rursus ideo thurificatio altari episcopus vel sacerdos thurificatur. ad significandum quod sicut christus est altare et hostia sic et pontifex et sacerdos cui est orationis sacrificium offerendum. quia vero adoratur non solum in quantum deus. sed etiam in quantum homo. Et ideo in quibusdam ecclesijs pontifice thurificato altare a diacono circumcirca thurificatur. Unde psalmista. Circumdato altare tuum domine. Sane thuribulum aureum significat sapientiam quia omnes thesauri sapientie et scientie dei in ea fuerunt absconditi.

unde stetit angelus iuxta altare. b. t. a. in m. l. i
 christus resurgens carnem habuit in potesta-
 te. Argentum significat christi carnem. ab om-
 ni labe mundam et mundicia renitentem. Cupre-
 um fragilem et mortalem ferreum resurgentis
 fortitudinem. Si quatuor habet catenulas de-
 monstrat eam ex quatuor elementis constare.
 Vel quatuor virtutibus. scilicet iusticia. pru-
 dentia. fortitudine. et temperantia decorari. Quia
 ta que partes diuidit animam designat que se i mor-
 te a carne in illo tribuo separauit. Si vero tres
 habet catenulas figurat animam carnem et ver-
 bum in vna conuenire persona. Quarta que par-
 tes separat potestas est. quia animam suam po-
 suit pro ouibus suis. Si vna tantum catenula
 sustentatur designat quod solus de virgine genera-
 tur que deus solus est inter mortuos liber. Circulus
 cui hec omnia innectuntur est veritas que nullo
 termino clauditur. a qua hec omnia continentur
 et operantur. preter mysticam eorum rationem ob
 hoc altare incensatur ut omnis ab eo nequicia
 demonum propellatur. Fumus enim incensi va-
 lere creditur ad demones effugandos. Unde cum
 thobias interrogasset angelum. quot remedia
 haberent ea que de pisce iusserat obseruari. Re-
 spōdit cordis eius particulam si super carbonem
 ponas. Fumus eius omne demoniorum genus
 extricat. Soter papa statuit ne moniales incen-
 sum circa altaria ferant.

Qualiter episcopus vel sacerdos.
 et ministri ad altare stare debent.

Quod purificatione practa episcopus vel
 sacerdos. ad dexteram altaris partem
 se transfere. ibi vna cum ministris pla-
 ne officium et kyrieleison dicit qui transitus de
 medio altaris ad dexteram partem. significat chri-
 sti transitum de passione per resurrectionem ad
 vitam eternam. Item a leua transiens in dexteram
 imitatur christum ingredientem mundum. le-
 uam enim tetigit christus quando temporalem
 assumpsit vitam. ad dexteram iuit. quando carnem
 assumptam ad dei dexteram eleuauit. Rursus
 per hoc quod accedens ad altare. prius dexteram
 illius partem petit innuit. quod emanuel in lege p-
 missus prius venit ad iudeos quam ad gentes.
 Iudei enim tunc propter legem in dextera par-
 te fuerunt. gentes vero quasi in sinistra. quia
 ydola colebant. Sacerdos vero vestibus sacris
 ornatus. christum carne nostre humanitatis
 vestitum significat veniens ad altare. christum
 de celis venisse ad populum. ut eum saluaret. de-
 signat. Unde in dexteram transiens designat quod
 christus in mundum veniens venit ad iudeos.
 de quibus voluit nasci Beata enim maria iudea
 fuit. De hoc transiit dicitur sub titulo de muta-
 cione sacerdotis et oratione. Et nota quod licet do-
 mino papa celebranti. vel missam audienti le-

gatus a capellanis suis introitus. et kyrieleiso
 et gloria in excelsis. et credo. et sanctus. et ag-
 nus. non tamen graduale. vel alleluia. vel tra-
 ctus vel offertorium. vel postcommunio. pro
 eo quod illa instructoria sunt et introductoria
 quibus ipse non eget. Illud autem notandum est
 quod sacerdos stat erectus ante altare. ad notandum
 quod christus venit suos regere inuincibili doctri-
 na. et respicit versus orientem. quia christus non
 suam sed patris voluntatem quesuit. nec respi-
 cit retrosum tum quia christus semper patris
 faciem intuetur. Iuxta illud. Scio unde venio.
 et quo vado tum quia nemo mittens manum ad
 aratrum et respiciens retro aptus est regni dei. primo
 ad populum dorsum verit. representans quod
 dominus ait ad moysen. Videbis posteriora mea
 faciem autem videre non poteris. exo. xxxij.
 c. Episcopi autem et superiores celebrantes
 non ante altare. sed remoti ab illo ad dextrum
 eius latus usque post dictum offertorium manent
 quod fit primo ad representandum. quod ex late-
 re christi. qui per altare significatur initium no-
 stre redemptionis fuit. Secundo fit hoc non so-
 lum ad maiorem solennitatem ut per hoc a mino-
 ribus sacerdotibus decernantur. verum etiam fit
 hoc quia ipsa in missa representant. non solum chri-
 sti dignitatem et excellentiam ante eius oblatio-
 nem. verum etiam humilitatem et obedientiam in
 ipsa sua oblatione et consecratione. Siquis chri-
 stus quantum ad sui dignitatem est patri equa-
 lis et sedet a dextris dei patris. prout in simbolo
 legitur. quod representat prelatum stans ante
 oblationem ad dexteram altaris. In sui vero ob-
 latione christus pro nobis factus est hostia.
 Et ideo prelatum eius vices gerens ex tunc ip-
 si altari. quod aram crucis insinuat debet eotaliter
 inherere. Tercio quoniam prelatorum actus
 esse debent subditis ad doctrinam. ideo usque tunc
 manet ab altari separatus. et ex tunc manus la-
 uandum et tburificandum et sacrificandum ad
 altare accedit ut ostendat quecumque in missa p-
 cedunt solennitates et laudes esse. sed tunc de-
 imbe ad essentialia seu substantialia peragenda
 accedit. Quarto in hoc repetit. quod legalis pon-
 tifex intrans sancta sanctorum carbonem fere-
 bat et sanguinem prout tactum est in prole-
 mio huius partis. Quinto fit hoc ad represen-
 tandum quod ait propheta. Dixit dominus do-
 mino meo. sede a dextris meis. Donec ponam
 inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Sacer-
 dos quidem christum representans sedet ad dex-
 tris altaris deum patrem in hoc loco signantis
 donec ad consecrandum hostiam accedat. per
 quam fracta sunt tartara. et impii demones
 deuicti et quasi scabellum pedum positi. Mini-
 stri vero scilicet dyaconus et subdyaconus re-
 tro illum ad altare stant. qui tamen in veniendo
 precesserunt signantes martires qui in veteri te-
 stamento fuerunt. et tamen post domini natiuitatem